



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Marcella Vidva. 31. Ianuarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

31. Ian. VITÆ SANCTORVM. 57
jam telam in sindones nuptiales offerret, cā Neophy whole
tus illa vestiit: mox à morte matris, concubia
nocte, ad suas nuptias in eremum evolavit, ca-
stoque flammæ ab Amando Episcopo (quem
magnæ post coruscum splendore cælo inter Cæli-
tes vidit subire) involuta est. Cæterum quo die
nova nupta dotem suam, vel in templo, vel paupe-
res dispertivit, etiam has nuptias probaturum,
Numen aquam bibenti in vinum vertit. Sed illa,
ut pulchriorem se sposo suo probaret, multis pre-
cibus carcinoma, velut formæ pigmentum, a cælo
extorsit. Ultimum ægra cum è manu D. Petri
manna gustasset, naufragavit abhinc omne, huma-
nos cibos. Eò igitur à Cælitibus adventantibus,
& inter hos augustissima cæli REGINA deducta
est, ubi illis delitiis quotidiè frueretur. Ex Surie
& Lippeloo.

Expercere ô homo & dignitatem tue cognosce
naturæ; recordare re factum ad Imaginem Dei;
utere quomodo utendum est visibilibus creaturis, &
quidquid in eis pulchrum & mirabile est, refer ad lau-
dem & gloriam Conditoris. S. Leo serm. 7. de Nat.

S. MARCELLA VIDVA. 31. Ianuarij.

C Horum in Ianuario claudat mulier, sed quæ
virtute vitæque constantiæ certare & invi-
diam facere viris possit quamque sanctior Roma
profanæ illi unicam contra omnes Heroïdes pos-
sit opponere. MARCELLA est Romani sanguinis,
& patricii matrona, eodem anno, quo nupta, etiam
vidua, exhorruit deinceps tam mortalibus nube-
re. Nec tamen mater non fuit. Certè filios multos
numeravit, quamvis pauperes. In hos prodiga ex-
auio, & fortunis omnibus unum sibi reliquum

C 4

annulum

annulum fecit. Domo pedem aut nunquam , aut in templum extulit. Religiose vitæ viam suo in sexu princeps præivit Romanus ; tam illustre exemplum innumerā exinde multitudine sequente. Porrò precibus assidue vacabat ; visitu utebatur modesto admodum ; corpus perquam duriter habebat , tota in divinis commentandis. Irrumpentem, qui Romanum obsederat , hostem , imperterrita domo suā accepit , verberaque ac flagra Spartanā tulit nobilitate , id unum sollicita , qui virginis Principiæ , quam secum habebat , pudori consulebat. Is ubi extra periculum jam stetit , lubens ac volens, imò lœta à militibus ad D. Pauli abduci se passa est. Ibi paucos post dies mortem , quam cæteroque viri etiam horrent , femina risu excepta. Ex S. Hier.

*Quando te à lectione rerum spiritualium abhor-
rere videris, admonitionesque spirituales fastidire,
tum animam tuam in gravem morbum incidisse
noveris. B. Ephrem t. 1. con. de vita spirituali.*

